De Sacristia

Possidet bona descripta in actis p. v. fol. 597. et glustratis sacris suppellectilibus, Illmus D. mandavit inaurari Calicem cum Patena, et donec suspensioni subiecit.

De Tota Ecclesia

Mandavit muniri fenestras vitreis specularibus, et removeri scamna nec adhiberi, nisi temporibus concionum, et exterius Eccliae expurgari à sordibus

De Statu Formali Eccliae

Regitur per Curatum, qui ad pns est D. Laurentius Agostini, cum dote pd in actis p. v. fol. 595; et per Coadiutorem, qui ad pns est D. Aurelius Pacelli cum dote pariter pro in actis p. v. fol. 597.

De Libris Parochialibus

Invenit ad formam

De Statu Animarum

Constat Parochia familijs nº ___	226
Animabus Communionis nº ___	660
Animabus non Communicantibus nº ___	342
Animæ in totum sunt nº ___	1002

Die dicta 5 Iunij 1720 de serò

Illmus D. in præfata Eccla S. Victoris, occasione octavæ Corporis Xpi astitit expositioni Stmi Sacramenti, et deindè Populo Cathechismum exposuit.

De Oratorio Stmi Sacramenti

Annexum est

Annexum est præfatæ Ecclesiæ S. Victoris, et in eo servantur Sacræ Sup-
pellectiles, quibus inspectis Illmus D. mandauit reaptari binas
Planetas in parte anteriori, et suspensioni subiici unam
nigri Coloris, et confici Inuentarium, in reliquis inuenit suffi-
cienter prouisum

De Oratorio Disciplinæ, siue Confalonis

Habet unicum Altare, in quo erecta est Societas eiusdem Tit. aggrega-
ta Archiconfraternitati S. Luciæ de Urbe cuius Confratres u-
tuntur vestibus albis in functionibus, et singulis diebus festis
de præcepto ibidem conueniunt ad recitandum Officium B. Ma-
riæ una cum Scholaribus

Possidet bona descripta in actis p. pp. fol. 605.

Tenetur d.a Societas celebrari facere singulis diebus Dominicis, et
semel in hebdomada pro fidelibus Defunctis, nec non singulis
fer. 2.is pro Ersilia Martini, et suis, Illmus D. mandauit doce-
ri de adimplemento.

Inspecto Altari, mandauit reaptari Pauimentum, prouideri de no-
ua petra Sacrata, tela cerata, et stragulo, claudi, siue
muniri vitreis specularibus fenestram proximam

Mandauit prouideri de duabus albis, et superpellicco, de Missa-
li, reaptari Planetas, et confici Armarium pro conseruandis Sac.
suppellectilibus, remotis capsulis, et claudi fenestra prope d.m
Sacristia infra duos menses, sub pænis